Oportet autem & circa interrogationes, atque reſponſiones quotquot in huiuſmodi ſpeciebus inciderint, ne nos negligentia vlla capiat, ſed quæ reſpondeo, concedantur, quæque negentur, ſunt conſideranda. Conceſſiones igitur ſunt huiuſmodi: mihi filium enecaſti. Enecaui equidem: nam ille in me prius diſtrinxit gladium. Filium mihi pulſaſti. Pulſaui equidem: iniuria enim in me prius manus iniecit. Mihi caput confregiſti. Confregi equidem: nam noctu impetum in meam feciſti domum. Tales igitur conceſſiones legibus freti nonnunquam facimus. Huiuſmodi verò negationes legem declinant, Mihi filium occidiſti. Non ego quidem, ſed lex occidit. Hæc autem omnia ita oportet reſpondere, cùm duarum legum altera iubet hoc faciendum, altera non vetet. Quæ igitur in aduerſarios dicenda ſunt, ex his omnibus colliges. Poſt hæc autem eorum, quæ antè dixerimus, iteratione, breuis eſt admonitio adhibenda. Ea verò eſt vtilis omni tempore: quam obrem & ſingulis in ſpeciebus ea iteratione vtendum eſt. Verùm in accuſationibus maximè, & defenſionibus ea congruit. Itidem quoque in ſuaſionibus, atque diſſuaſionibus. Neque ſolùm ea hîc commemorare quæ antè dixerimus, quemadmodum in laudando, & vituperando, verùm etiam animos iudicum in beneuolentiam noſtrã conciliare, & in aduerſarios concitare debemus. Hanc verò iterationem in orationis partibus poſtremam conſtituimus. Hæc enim facit vt reminiſcaris, ſummatim quæ dicta ſunt enumerando, aut ratiocinando, aut interrogãdo, tua quidem quæ optima ſunt: aduerſariorum autẽ, quæ nequiſſima, ſiquidem interrogationis figura vti volueris. Cuiuſmodi autem vnumquodq. horum ſit, ex iis cognoſcere poſſumus, quæ ſuperius dicta ſunt. In beneuolentiã verò noſtrã iudices conciliabimus, & in aduerſarios concitabimus ex iis beneficiis, vt etiã in deliberatiuo genere ſummatim oſtendimus, qui bus nos, aut amici noſtri ipſos, à quibus iniuriam ſuſcipimus, ipſorúmve neceſſarios, ſeu iudices ipſos, vel eos, qui eis curæ ſunt, ſiue affecerimus, ſiue afficimus, ſiue ſumus affecturi, & ſi ipſis dixerimus nunc tempus eſſe referendarum pro ſuſceptis beneficiis gratiarum. Et ſi eos in commiſerationem, ſi opus fuerit, adduxerimus. Hoc autem eò faciemus, quò noſtram in auditores beneuolentiam demonſtremus, & quàm indignè ob ea,

A χρὴ δὲ καὶ περὶ τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀποκρίσεις, ὁπόσαι πίπτουσιν εἰς τὰ τοιαῦτα εἴδη, μὴ ῥαθύμως ἔχειν, ἀλλὰ διακρίνειν τὰς ὁμολογίας καὶ τὰς ἀρνήσεις ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν. ὁμολογίαι μὲν οὖν εἰσιν αἱ τοιαίδε· ἀπέκτεινάς μου τὸν υἱόν· ἀπέκτεινα, πρότερον ἐπ' ἐμὲ σίδηρον αἰρούμενον. συνέκοψάς μου τὸν υἱόν· ἔγωγε ἀδικῶν χειρῶν ἄρχοντα. κατέαξάς μου τὴν κεφαλήν· ἐγὼ βιαζόμενον σου

B νύκτωρ εἰς τὴν ἐμὴν οἰκίαν εἰσιέναι. αἱ μὲν οὖν τοιαῦται ὁμολογίαι τῷ νομίμῳ πιστεύσαι, ὁμολογοῦνται. αἱ δὲ τοιαίδε ἀρνήσεις παρακλίνουσι τὸν νόμον· ἀπέκτεινάς μου τὸν υἱόν· οὐκ ἔγωγε, ἀλλ' ὁ νόμος. τὰ δὲ τοιαῦτα πάντα οὕτω δεῖ ἀποκρίνεσθαι, ὅταν τῶν νόμων ὁ μὲν κελεύῃ τοῦτο ποιεῖν, ὁ δὲ κωλύῃ.

C τὰ μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἀντιδίκους, ἐκ τούτων ἁπάντων συνάξεις. μετὰ δὲ ταῦτα παλιλλογία τῶν εἰρημένων ἤδη σύντομος ἀνάμνησις. χρήσιμος δέ ἐστι παρὰ πάντας τοὺς καιρούς· ὥστε καὶ παρὰ μέρος καὶ παρὰ εἶδος τῇ παλιλλογίᾳ χρηστέον. μάλιστα δ' ἁρμόττει πρὸς τὰς κατηγορίας, καὶ τὰς ἀπολογίας· ἔτι δὲ περὶ τὰς προτροπὰς καὶ ἀποτροπάς. οὐ γὰρ μόνον ἀναμνῆσαι δεῖν φαμὲν περὶ τῶν εἰρημένων ἐν-

D ταῦθα, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐγκωμίων καὶ τῶν κακολογιῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς κριτὰς εὖ διαθεῖναι, καὶ πρὸς τοὺς ἐναντίους κακῶς· δι' ὃ καὶ τελευταῖον τοῦτο τῶν ἐν τῷ λόγῳ μερῶν τάττομεν. ἔστι δὲ μνημονικὸν ποιεῖν ἐν κεφαλαίῳ, ἀπολογιζόμενον περὶ τῶν εἰρημένων, ἢ διαλογιζόμενον, ἢ προσερωτῶντα, τῶν μὲν σαυτοῦ, τὰ βέλτιστα· τῶν δ' ἐναντίων, τὰ

E φαυλότατα· εἰ δὲ βούλει, ἐρωτήσεως σχῆμα ποιησάμενον. ὅπῃ δὲ τούτων ἕκαστόν ἐστιν, ἐκ τῶν προτέρων ἴσμεν. εὖ δὲ διαθήσομεν ἡμᾶς, καὶ τοὺς ἐναντίους κακῶς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν προτροπῶν καὶ ἀποτροπῶν, ὑποφαίνοντες κεφαλαιωδῶς, ἐφ' οἷς εὖ πεποιήκαμεν τοὺς ἀκούοντας, ἢ ποιοῦμεν, ἢ ποιήσομεν, ἢ αὐτοί, ἢ ἡμέτεροι φίλοι, ἢ αὐτοῖς, ἢ ὧν κηδόμενοι τυγ-

F χάνουσιν, ἢ πάλιν τοὺς κρίνοντας αὐτούς, ἢ ὧν κηδόμενοι τυγχάνουσι· καὶ διεξιόντες αὐτοῖς, ὡς νῦν καιρὸς χάριτας ἡμῖν τῶν ὑπηργμένων ἀποδοῦναι· καὶ πρὸς τούτοις ἐλεεινοὺς ἡμᾶς αὐτοὺς καθιστάντες, ἐὰν ἐνδέχηται. τοῦτο δὲ ποιήσομεν, ἐπιδεικνύντες ὡς πρὸς τοὺς ἀκούοντας οἰκείως ἔχομεν, καὶ ἀναξίως δυστυχοῦμεν, κακῶς